



RVckerus ex Hutzmannorum paupere familia Spiræ natus fuit. Is ob insignem eruditio-
nem & omnis generis uirtutes Episcopus Spi-
rensis electus fuit. quam quidem functionem su-
scepit, & magna prudentia administravit. Cum
autem is suam patriam amaret, cogitare cœpit,
quō nam pacto eam exornare atq; ampliorē red-
dere posset. Itaq; cum hactenus Nemetum tan-
tūm uilla diceretur, ipse proximum pagū, quod à
præterlabente amne Speyro Speyrum diceba-
tur, muro complexus, suæ ecclesiæ coniunxit, at-
que utrungq; pagum mœnibus circumdati in u-
nius urbis formam redegit, quæ iam inde Spey-
ra dicta fuit. Eadem ratione locum Yueyblingen, qui ab Vngaris destructus
in ruinis adhuc iacebat, restaurauit, atq; Vuimpffen uocauit. Cum hoc modo
per annos nouem magna dexteritate suam Ecclesiam administrasset, tandem
Anno millesimo octuagesimo quarto mortuus, in sancti Iohannis templo,
quod plurimum exornarat, sepultus fuit.